



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

20. Augusti. Animarum curatores nullâ re magis, quàm spiritu egent, ne,  
dum aliorum salutem curant, de sua periclitentur. S. Ignat. ap. Ripad. l. 7.  
c. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

na, speciosa pallia præfigere, operosum non est.

Amor proprius in Orbe dominatum tenet, ac tanto glaucomate oculos inficit, ut omnia, quæ propria sunt, sancta esse videantur; facile corrigerentur vitia, sed quia latent ignota, radices agunt.

## 20. Augusti.

*Animarum curatores nullâ re magis, quam spiritu egent, ne, dum aliorum salutem curant, de sua periclitentur. S. Ignat. ap. Ribad. l. 7. c. 17.*

**M**ulti ovium pastores non harum commoda, sed las earum, & lanam quærunt; non ut æternùm illæ, sed temporaliter ipsi vivant. Quid à negotiatoribus, isti, quid à mercenariis differant? discerna. Qui servit altari, ut inde vivat, foret tolerabile; sed ex altari fastum alere, foveere vanitatem, nutrire scelera, hoc est Christi patrimonium prodigere, hoc est furari de altari.

Oves, non spiritum curare, est se perdere, & illas non luctari. Pauca fiunt conversiones, quia rari sunt boni pastores, quod

verbis ædificant, manibus destruunt, plus  
scandali his præbent, quàm ædificationis.

Vocatio pro cura animarum vocari de-  
bet ad censuram ; si quærendi victûs, ac-  
cipiendi proventûs, fugiendi laboris causâ  
fufcipitur, corpori providet, animam pro-  
digit. Sic cæci fiunt duces cæcorum, &  
quò modò ?

## 21. Augusti.

*Nolo, & volo non habitant in hac domo. S.*

Ign. apud Bart. l. 3. n. 27.

**I**N templo pacis locum habere non pos-  
sunt turbatores, quidquid quietem tur-  
bat, à voluntate venit; hæc ubi tenet im-  
perium, perpes ibi bellum, nec spes ulla  
pacis, donec illa in ordinem dirigatur.

Primum inter relinquenda voluntas  
est; si sequeris hanc, Christum non asse-  
quêris; nullus nobis, nullus cætui religio-  
so major hâc hostis; hæc si exulet, omnis  
superata est difficultas.

Nec velle quidquam, nec nolle, bea-  
tum facit; hoc affecutus curas omnes  
posuit. Supra metum est, nihil ei triste,  
durum nihil occurrere potest. Sic in cælo  
beati vivunt, nihil appetunt, nihil refugi-  
unt; en cælum ante cælum! Non